Curiosa Sectio anatomica Generosissimae Virg.
de Buchholz, antehac multoties fame cani-
na; per semestre verò febre lenta tabifica
atque paresi abdominis et inferiorum artuum
post perpessam Cardialgiam enormem, inflama-
toria febre stipatam, laboranti, tandem
d. 17 jan. 1755 piè defuncta, ann. 52.

Cerebrum cum suis partibus annexis illibatum quidem, sed
in occipite muco viscido, gelatinae quasi, obductum.
Serum ad cochlearia aliquot extravasatum, medullam oblon-
gatam premens, et per spinam dorsi uti videbatur, diffusum.
Cor flaccidum, pallidum, exsangue quasi. Parum quoque
sanguinis in vasis majoribus.
Pulmones inflammati, haud gangraenosi, haud exulcerati, aut
alia labe infecti, in latere dextro adnati, saccule quasi
Ventriculus distentus, et, quod mirum, pylorus unus
destitutus, inferius ita ampliatus, ut à fundo usque distingui
potuerint, caeteroquin sanus, haud inflammatus, tunicis
et plicis suis debitè instructus.
Duodenum mirum in modum extensum, dilatatum, ventriculi
instar, multis rugis intignitum, prope insertionem cum
intestino jejuno verò coarctatum, angustatum, et strangulatum
usque digito minori aditum concedens, quoad tunicas crassum
callosum, eo loco imprimis, ubi ductus cholidochus inseritur.

ARC 50 n° 13
ACADEMIE NATIONALE DE MEDECINE BIBLIOTHEQUE

In cavo abdominis magna copia ad mens. 1½ fluidi, onis mâe, purulento-chylose, putride, extravasatâ.

Loco vesiculæ felleæ grandis saccus ruptus, mâe modo dicta chylosâ magnam adeo quantitatem ~~secundum~~ cum tribus calculis biliosis majoribus ovum columbinum parvum magnitudine æquantibus, subfuscis nucis inæqualibus, fundum aquæ non præsentibus, recondens. circumjacentes partes callosas reddens,

Ductus choledochus c. pancreatico obliteratus

Intestinum jejunum et Ileum ab extra inflammatum angustum.

In hypogastrio dextro pus fetidissimum, purulento-summersum proprio folliculo inclusum ad lbj. prope firmum Intestini coli collectum, vicinas partes haud arrodens, sed reconditum quasi.

Hepar grande, inflammatum, haud scirrhosum, aut grandinosum, sed quoad substantiam bene se habens.

Lien cærulei coloris, itidem non scirrhosus, aut putridus.

Reliqua abdominis viscera omnia sana, et, quod mirum, multa pinguedini obducta & investita.

[illegible]dio–
[illegible]o
[illegible]–
[illegible]the
[illegible]ley,
[illegible]un
[illegible] Sum
[illegible]en
[illegible]s
[illegible]y.